

Año 31.

Sábado 5 de Julio de 1884.

N.º 14.

---



## BOLETIN ECLESIÁSTICO

DE LOS OBISPADOS DE

# SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

---

**SUMARIO:** Circular de la Secretaría de Cámara fijando las fechas para ejercicios espirituales.—Otra recordando el cumplimiento de algunas anteriores.—Doctrina canónica sobre oblatones.—Ingresos en la Harmandad de Sufragios.—Anuncios.—Necrología.

---

### SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO.

---

#### **Circular.**

S. E. I. el Obispo mi señor se ha dignado disponer que ejercicios espirituales para el Clero de esta Diócesis, tengan lugar este año en una sola tanda y desde el dia 19, hasta el 28, ambos inclusive, del próximo mes de Agosto.

Los Sacerdotes que se propongan asistir, lo avisarán con anticipación á esta Secretaría, y los que tuvieren á su cargo alguna Parroquia manifestarán á la vez quien quede encargado de ella: para lo cual se pondrán de acuerdo entre sí al efecto de facilitarse la concurrencia á los ejercicios, sin menoscabo del servicio parroquial. Aquellos que por su edad, achaques, ú otros cualesquiera motivos personales prefieran hacerlos en particular, bajo la dirección de alguno de los Padres, tanto de esta Capital como de Alba, pueden libremente realizarlo con la obligación, en este caso, de participarlo al Rmo. Prelado para la debida formalidad y orden en este tan importante asunto.

Salamanca 4 de Julio de 1884.—*Dr. Alejo Izquierdo y Sanz*, Secretario.

---

#### Otra.

Los Sres. Curas, Párrocos y Económicos que no hubieren dado hasta la fecha el debido cumplimiento á las circulares de 20 de Abril y 16 de Julio de 1879, se servirán hacerlo con la posible brevedad y en la forma prevenida para no entorpecer los trabajos de esta oficina y evitar las molestias consiguientes al retraso en la marcha y expedición de los negocios.

Salamanca 4 de Julio de 1884.—*Dr. Izquierdo*, Secretario.

---

## DE OBLATIONIBUS.

(CONCLUSION.) (\*)

«Limitatur tamen hæc resolutio in quatuor casibus  
 »enumeratis a S. Thoma 2. 2. quæst. 86.» (eos enumera-  
 »tis). «Sed circa ultimum casum advertendum, hanc  
 »consuetudinem, licet a principio voluntariam, et mi-  
 »nime obligatoriam, sensim posse habere vim legis, et  
 »obligare, quia acceptata est, et præscripta ut obliga-  
 »toria: ita Gutierrez. canon. lib. 2. cap. 21 num. 140 cum  
 »sequent.=Azorius dicto lib. 7. cap. 30. alias 27. quæst  
 »12. Lessius de justit. lib. 2. cap. 39. dub. 6 num. 34.=  
 »Suarez cap. 5. num. 12. ubi num. 21. et Lessius num.  
 »38 citato loco, addunt ad hujusmodi præscriptionem  
 »sufficere decennii tempus, Perez de Lara de apellation.  
 »cap. 12 a num. 21. Ad hoc autem ut valeat prædicta  
 »consuetudo offerendi clericis in Ecclesia, et possint  
 »compelli laici ad eam observandam tamquam lauda-  
 »bilem, tria requirit Gutierrez (dicto lib. 2. canon. cap.  
 »21. num. 148.) Primum quod parochiani gratis, spon-  
 »te, pure et simpliciter, nulla necessitate cogente, vel  
 »pactione, seu pignore præcedente, sed ex devotione  
 »principaliter obtulerint, et solverint. Secundum, ut  
 »quod a parochianis solvitur, sit certum, taxatum  
 »tamen arbitrio parochianorum, non autem Rectoris  
 »Ecclesiæ. Tertium, quod totus populus, vel major pars  
 »persistat in servando prædictam laudabilem consuetu-  
 »dinem, quia tune cogi poterunt singulares eam non  
 »servantes.»

---

(\*) Veáse el núm. 4.º del BOLETIN de este año.

De Angelis (Prælect. Jur. Can. Lib. 3. Tit. 30. num. 5.<sup>o</sup>). «Nulla est necessitas vel ex scripto jure obligatio »eas offerendi, nisi consuetudo sit, quam tamen proba- »re difficile est, quia opus esset ostendere populum velle »istis repetitis oblationibus se obligare ad eas facien- »das in futurum. Ubi autem id probetur, eae non sunt »negligendæ, et ad eas servandas populus per Epis- »copum cogi potest, ut habetur ex cap. 42 de Si- »monia.»

Præstat huc transcribere canones ab his auctoribus citatos:

Decreti (caus. 6. quœst. S. can. 55.) «Statuimus ut »si quis oblationes Ecclesiæ, vel decimas, quas popu- »lus dare debet, tenere contenderit, vel extra baptisma- »lem Ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam »Episcopi, vel ejus, cui hujuscemodi officia commissa »sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio, bannum »nostrum componat, et communione privetur.»

Decretalium (Lib. 5. Tit. de Simonia. cap. 42.) «Ad »Apostolicam audientiam frequenti relatione pervenit, »quod quidam Clerici pro exequiis mortuorum, et »benedictionibus nubentium et similibus; pecuniam »exigunt et extorquent: et si forte eorum cupiditati non »fuerit satisfactum; impedimenta ficticia fradulenter »opponunt. Econtra vero quidam Laici laudabilem con- »suetudinem erga sanctam Ecclesiam pia devotione »fidelium introductam ex fermento hæreticæ pravitatis »nituntur infringere, sub prætextu canonicae pietatis. »Quapropter super his pravas exactiones fieri prohibe- »mus, et pias consuetudines præcipimus observari: »statuentes ut libere conferantur ecclesiastica sacra- »menta, sed per Episcopum loci, veritate cognita,

»compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem con  
»suetudinem immutare.»

PUNCTUM 3.<sup>m</sup>

— — —

## Quibus debeantur oblationes.

D. Thomas (22. Quæst. 86 art. 2.) «Sed contra est  
»quod dicit canon Damasi I Papæ (qui est III inter ejus  
»decreta tom. 2 Concil.) et habetur X. quæst. 1.<sup>a</sup> (cap.  
»Hanc consuetudinem) *Olationes quæ intra sanctam  
»Ecclesiam offeruntur, tantummodo sacerdotibus,  
»qui quotidie Domino servire videntur, licet comedere  
»et bibere: quia in veteri Testamento prohibuit Domi-  
»nus panes sanctos comedere filiis Israel: nisi tan-  
»tummodo Aaron et filiis ejus.»*

«Respondeo dicendum; quod sacerdos quodammodo  
»constituitur sequester et medium inter populum et  
»Deum, sicut de Moyse legitur Deut. V. et ideo ad eum  
»pertinet divina dogmata, et sacramenta exhibere popu-  
»lo: et iterum ea qua sunt populi, puta preces, et sa-  
»crificia, et oblationes, per eum Domino debent exhibi-  
»beri: secundum illud Apostoli ad Hebr. V. 1. *Omnis  
»Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus  
»constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat  
»dona et sacrificia pro peccatis.»*

«Et ideo oblationes quæ a populo Deo exhibentur, ad  
»sacerdotes pertinent; non solum ut eas in suos usus  
»convertant, verum etiam ut fideliter eas dispensent,  
»partim vero in his quæ pertinent ad proprium victimum,  
»(quia qui altari deserviunt, cum altari participant ut  
»dicitur I. ad Cor. IX.) partim etiam in usus paupe-

»rum, qui sunt, quantum fieri potest, de rebus Ecclesiæ sustentandi: quia et Dominus in usum pauperum »loculos habebat, ut Hieronimus dicit super Mathæum »(cap. XVII sup. illud: Ut non scandalizemus, et hab. »cap. Habebat XII. quæst. 1.)»

Secunda objectio ad hanc conclusionem sic se habet:  
 «2. Præterea. In multis parochiis monachi de oblationibus partem habent. Alia autem est cura clericorum, alia monachorum, ut Hieronymus dicit (ep. ad Heliod. 1. a med.) Ergo non solum sacerdotibus oblationes debentur.»=Cui sic satisfacit: «Ad secundum dicendum, quod monachi sive alii religiosi possunt oblationes recipere tripliciter: Uno modo, sicut pauperes per dispensationem sacerdotum, vel ordinationem Ecclesiæ. Alio modo, si sint ministri altaris: et tunc possunt accipere oblationes sponte oblatis. Tertio modo, si parochiæ sint eorum: et tunc ex debito possunt accipere oblationes tamquam Ecclesiæ rectores.»

Schmalzgrueber (Jus eccl.º univers. Part. 3. Tit. 30 num. 86.) «Oblationes jure communi pertinent ad rectorem illius parochiæ, intra cuius districtum fiunt. Proceditque hoc non tantum de oblationibus, quæ fiunt ad altare vel imaginem etiam depictam in domo privata, nisi aliud constet, vel colligi possit de mente offerentium; nam hœc præ omnibus observanda est.»

«87. Et hinc 1. ad sacerdotem celebrantem, non vero ad parochum pertinent oblationes, quæ sacrum dicenti traduntur in stipendium. 2. Neomystis relinquendæ sunt, quæ offeruntur in horum primitiis; quia horum intuitu censentur dari. 3. Parocho in aliena parochia missam pro parochiano suo, v. g. sponso, celebranti,



»non parocho loci cedunt, quæ tali occasione fiunt; quia  
 »fieri censentur contemplatione ipsius celebrantis. 4.  
 »Eæ quæ fiunt ad certum altare vel sacellum, relin-  
 »quendæ sunt altari vel imagini, aut sacello, si cons-  
 »tet, aut præsumi potest, ea intentione factas esse, ut  
 »in honorem, et ornatum imaginis, altaris vel sacelli  
 »insumentur. 5. Imo si ad domum privatam et imagi-  
 »nem ibi depictam fiat oblatio, et domus illa pauper sit,  
 »relinquendæ sunt illi domui; quia præsumi debeut  
 »intuitu domus et paupertatis ejusdem factæ. Vide  
 »Azor p. 1. L. 7. cap. 27. q. 13. Barbosa de off. pa-  
 »roch. cap. 24. a num. 22. Reginald. l. 19 n. 85. Pirh.  
 »hic n. 180.

«88. Dub. 2. an præter parochum, etiam alii obla-  
 »tionum accipendarum capaces sint? Formari dubium  
 »hoc potest. 1. De Episcopis. 2. De aliis Clericis. 3.  
 »De religiosis. 4. de laicis.—Ad primun dico, Episco-  
 »po debentur oblationes duobus casibus: quorum prior  
 »est, si in diœcesis suæ ecclesia parochiali ipse sacri-  
 »ficet; nam oblationes, quæ tum ad altare ab ecclesiæ  
 »nullius parochianis fiunt, cedunt Episcopo sacrificanti;  
 »(Franc. Leo Thes. for. eccles. p. 2. cap. 13. n. 20: 2.)  
 »Si capella, vel imago, ad quam fiunt oblationes, sita  
 »sit in loco nullius parochiæ; quia ibi parochus est  
 »Episcopus, intra cuius diœcesim est locus oblatio-  
 »nis, consequenter ad ipsum, ut parochum, oblationes  
 »ibi factæ pertinent:»

«89. Ad 2. Clerici, et ecclesiæ aliæ non parochiales  
 »jus accipiendi oblationes adquirere possunt ex triplici  
 »capite, videlicet, 1. Si ejusmodi clerici, vel ecclesiæ sint  
 »exemptæ. 2. Si jus istud obtinuerint privilegio. 3. Si  
 »consuetudine, vel potius præscriptione. Alias de jure

»communi oblationes ad eos non pertinent, sed ad  
»parochum illius parochiae, intra cujus districtum  
altaria vel sacella sita sunt, ut dictum est. n. 85.

«90. Ad 3. religiosi obtinere oblationes possunt ex  
»quadruplici capite. 1. Si sacerdotes ad quos eae de  
»jure, vel consuetudine pertinent, has ipsis largiantur  
»tamquam pauperibus. 2. Si offerantur ecclesiis paro-  
»chialibus monasterio suo unitis, et a se procuratis.  
»3. Si offerantur ipsis intuitu ministerii altaris, ora-  
»tionum, cæterique cultus divini, a se exhibiti. 4. Si  
»jus accipiendo oblationes obtinuerint privilegio, vel  
»præscriptione: et ita -de facto, oblationes quæ ad  
»imagines ecclesiarum regularium fiunt, non parocho,  
»cui de jure deberent, sed monasterio pro religiosis  
»ibi servientibus acquiruntar.

«91. Ad 4. Laici sæculares juris percipiendi obla-  
»tiones, quæ religionis intuitu in ecclesiis fiunt, in-  
»capaces omnino sunt, secluso privilegio apostolico,  
»ut exprese habetur can. quia sacerdotes 13. can.  
»sanctorum 14. et can. fin. caus. 10 quæst. 1. can. 1.  
»can. pervenit 3. caus. 16. q. 7. c. quamvis 17 h. tit.  
»ubi prohibetur, ne laico decimæ, et oblationes conce-  
»dantur a prælatis Ecclesiae. Ratio perspicua est, quia  
»jus percipiendi oblationes, ad cultum divinum factas,  
»est spirituale: atqui proprietas, et possesio juris spi-  
»ritualis, secluso privilegio apostolico, non cadit in  
»laicos. Ex quo sequitur, quod isti jus hoc nec per  
»consuetudinis, aut præscriptionis viam possint  
»acquirere.»

Bouix (De Parocho part. 4. cap. 9.) «Quæstio 2.  
»Ad quem pertineant oblationes, tam quæ jure deben-  
»tur, quam quæ sponte offeruntur? 1.º Ad quæstionem



»illam sic respondet Leurenus (*Forum beneficiale*,  
 »par. 1. q. 463. n. 2.) oblationes utræque de jure com-  
 »muni spectant ad parochum, seu presbyterum eccle-  
 »siæ rectorem: In quo admittendo generali principio  
 »concordant Doctores. Hinc attento jure communi  
 »dicendum est, ad parochum pertinere, primo oblatio-  
 »nes quæ fiunt in Ecclesia parochiali intra celebratio-  
 »nem missæ, etiamsi non ipse parochus, sed alius  
 »sacerdos celebret; secundo item oblationes quæ fiunt  
 »pro benedictione nuptiarum, pro sepulturis, pro be-  
 »nedictione mulierum post partum, aliisque functioni-  
 »bus sacris: etiamsi non ipse parochus, sed alter in  
 »ecclesia parochiali dictas functiones peragat. 2.<sup>o</sup>  
 »Quamvis autem certum sit præfatum principium,  
 »fieri potest ut, vi consuetudinis, aliter se res habeat.  
 »Nam posse consuetudinem quoad hoc contra jus  
 »commune præscribere, adnotant pariter doctores; et  
 »monent multum in hac re attendendum locorum con-  
 »suetudinibus legitime præscriptis. 3.<sup>o</sup> Si oblatio nullo  
 »titulo debeatur, et offerens expresse dicat se velle  
 »dare sacerdoti functionem sacram peragenti, ad hunc  
 »non ad parochum, oblatio illa pertinebit.»

«Quæstio 3.<sup>a</sup> Ad quemnam pertineant oblationes  
 »quæ fiunt, tum alicui capellæ vel imagini ecclesiæ  
 »parochialis, tum alicui oratorio extra ecclesiam pa-  
 »rochiale, intra ambitum tamen parochiæ, existenti?  
 »Per se, et nisi aliter constaret de mente offerentis, ad  
 »parochum pertinerent. (Vide Leurenium loco citato  
 »num. 3.) Sed regulariter loquendo, ejusmodi oblatio-  
 »nes non fiunt ut cedant in usum parochi, sed ad orna-  
 »mentum imaginis, oratoriive, aut capellæ. Et tunc in  
 »hunc finem omnino sunt adhibendæ. Atvero in hoc

»casu ad parochum pertinere administrationem ejusmodi oblationum, vide apud Leurenium (loco citato; n. 8.), et Barbosam (de Parocho cap. 24. n. 22.)».

De Angelis (Prælect. Jur. canon. L. 3. Tit. 30. n. 5.) «Olationes hæ si fiant intra parochiæ fines, cedunt parocho regulariter, nisi Ecclesiæ sint exemptæ, quo casu ad Rectorem eccleæ pertinent, qui juxta D. Thomam 2.<sup>o</sup> 2.<sup>o</sup> q. 86. art. 2. eas partim in usus proprios, partim in cultum divinum, et partim quoque in sustentationem pauperum impendet, nisi constet eas factas esse ad determinatum usum, quia tunc ex Clementina 2.<sup>o</sup> *De religiosis domibus* in illum usum debent impendi. Licet enim parochus sit istius voluntatis executor, non valet tamen eas oblationes in alios usus destinare, imo nec aliis, Pontifice Romano inferior, juxta laudatam Clementinam constitutionem.»

Canones vero ab his auctoribus citati, sunt:

1. C. *Hanc consuetudinem* 15. caus. 10. qu. 2. «Hanc consuetudinem, quæ contra sanctam Ecclesiam catholicam augeri videtur, onmino interdicimus, ut nullo modo unquam oblationes, quæ intra sanctam Ecclesiam offeruntur, sub dominio Laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino... etc. ut supra.

2. C. *Habebat* 17. caus. 12. q. 1. t. «Habebat Dominus loculos, et a fidelibus oblata conservans, et suorum necessitatibus, et aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus, quod præcepit, etc.» (August. Trac. in Joann. 62.)

3. C. *Quia sacerdotes* 13. causs. 10. q. 1. «Quia sacerdotes pro omnibus orare debent, quorum elec-

»mosynas et oblationes accipiunt, qua fronte præsumunt Laici oblationes, quas christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere, vel aliis concedere, cum ipsi non debeant ex officio suo pro populo orare. Ob hoc, Papa gloriose, mittere te oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, ut et cæteri metum habeant, et amplius hæc in Ecclesia ne fiant.» (Hieronym. in epist. ad Damasum P. de oblat. alt.)

C. *Sanctorum* 14. caus. 10. q. 2. «Sanctorum Patrum canonibus consona sancientes, oblationes de sacratissimo et reverendissimo altari beati Petri, et Salvatoris, et sanctæ Mariæ rotundæ, aut aliis Ecclesiæiarum altaribus, sive crucibus, a Laicis auferri penitus interdicimus, et sub distictione anathematis prohibemus...» (Calixtus Papa secundus.)

Can. fin. Hanc consuetudinem a Schmalzgrueber citatus jam transcriptus est.

C. *Pervenit* ad nos 3. caus. 16. q. 7. «Pervenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non sacerdotibus propriæ diæcessis, decimas atque christianorum oblationes conferunt, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, sive servitorum, vel (quod gravius est) etiam consanguineis. Unde si quis amo- do Episcopus inventus fuerit hujus divini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos et Autichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicæna synodus de simoniacis censuit, et qui dat Episcopus, et qui recipiunt ab eo laici, sive pretio, sive beneficio, æterni incendi ignibus deputentur.» (Greg. P. VII.)

C. *Quamvis* 17. hoc tit. (Lib. 3. tit. 30. Decretal.) «Quamvis sit grave nimis, et divini dignum animadversione judicij habeatur, quod laici quidam, quod sacer-

»dotum est, et in ecclesiasticis rebus usurpant: majo-  
 »rem tamen incurront formidinem, quod fomitem sui  
 »erroris dicuntur in ipso Clero aliquoties invenire, dum  
 »quidam Prælatorum Ecclesiæ, decimas et Ecclesias  
 »disponere eis indulgent. et eos in devia mortis impe-  
 »llunt, qui prædicatione corum ad viam vitæ fuerant  
 »revocandi. Statuimus, ut, si quis alicui laico in sæ-  
 »culo remanenti, Ecclesiam, decimam, oblationemque  
 »concesserit, a statu suo sicut arbor, quæ inutiliter  
 »terram occupat, succidatur, et donec emendet, dolore  
 »suæ jaceat ruinæ prostratus.»

Clementin. 2.<sup>a</sup> De religiosis domibus. «Quia contin-  
 »git interdum, quod xenodochiorum, leprosariorum...  
 »Rectores... bona, res et jura ipsorum... non attento  
 »quod loca ipsa ad hoc fundata, et fidelium erogatio-  
 »nibus dotata fuerunt, ut pauperes infectique lepra re-  
 »ciperentur inibi, et ex proventibus sustentarentur  
 »illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus  
 »eosdem in usus suos damnableiter convertentes: cum  
 »tamen ea, quæ ad certum usum largitione sint des-  
 »tinata, fidelium, ad illum debeat, non ad alium  
 »(salva quidem sedis Apostolicæ auctoritate) conver-  
 »ti: Nos... sancimus etc.»

PUNCTUM 4.<sup>m</sup>

De quibus rebus et à quibus personis  
 oblationes fieri possunt.

D. Thomas (2.<sup>a</sup> 2.<sup>m</sup> qu. 86 art. 3.) «Sed contra est  
 »quod dicitur Prov. III. G. Honora Dominum Deum  
 »tuum de tua substantia. Ad substantiam autem ho-

»minis pertinet quidquid juste possidet. Ergo de omni.  
 »bus juste possessis potest fieri oblatio. Respondeo  
 »dicendum, quod, sicut Aug. dicit in Lib. de verb-  
 »Domini (serm. XXXV. cap. 11. in med) *si depræda-*  
 »*ris aliquem invalidum, et de spoliis ejus dares*  
 »*alicui judici, si pro te judicaret, tanta vis est jus-*  
 »*titiæ, ut et tibi displiceret. Non est talis Deus tuus,*  
 »*qualis non debes esse nec tu.* Et ideo dicitur Eccl,  
 »XXXIV. 21. *Immolantis ex iniquo oblatio est ma-*  
 »*culata.* Unde patet quod de injuste acquisitis, et pos-  
 »sessis non potest oblatio fieri. In veteri autem lege-  
 »in qua figuræ serviebatur, quædam propter significa,  
 »tionem reputabantur immunda, ut dicitur ad Titum I.  
 »Et idec, quantum est de se, de quolibet licite possesso  
 »potest oblatio fieri. Per accidens tamen contingit  
 »quod de aliquo licite possesso oblatio fieri non potest;  
 »puta si vergat in detrimentum alterius: ut si filius  
 »aliquis offerat Deo id unde debet patrem nutrire,  
 »quod Dominus improbat Math. XV. vel propter scan-  
 »dalum vel propter contemptum, vel aliquid aliud hu-  
 »jusmodi. Ad primun ergo dicendum, quod in veteri  
 »lege prohibebatur oblatio de mercede prostibuli prop-  
 »pter inmunditiam; in nova autem lege propter scan-  
 »dalum, ne videatur Ecclesia favere peccato, si de  
 »lucro peccati oblationem accipiat.»

Quamvis oblationes fieri possunt de omnibus rebus  
 licite possessis, non tamen quælibet oblatio ad altare  
 defertur, ut patet ex eau. 3.<sup>o</sup> et 4.<sup>o</sup> Apostol., quæ ita  
 se habent. 3. «Si quis Episcopus aut presbyter præter  
 »ordinationem Domini, quam de sacrificio instituit,  
 »alia quæpiam, puta aut mel aut lac, aut pro vino  
 »siceram, aut confecta quædam, aut aves, aut aliqua

»animalia, aut legumina supra altare obtulerit, ut qui  
 »contra ordinationem Domini faciat, deponitor: excep-  
 »to novo frumento, et uva oportuno tempore. Præterea  
 »licitum non esto aliud quidpiam admoveare ad altare  
 »quam oleum in candelabrum et incensum oblationis  
 »tempore. 4. [Omnium aliorum pomorum primitiæ  
 »Episcopo et Presbyteris domum mittuntor, non su-  
 »per altare etc.]»

Nec ab omnibus indiscriminatim accipi possunt  
 oblationes. Ita.

Schmalzgrueber (op. cit. part. 3. tit. 30. n. 92.)  
 «Dub. 3. a quibus personis fieri et accipi possunt  
 »ecclesiasticæ oblationes? Resp. Fieri et accipi possunt  
 »ab omnibus Christi fidelibus baptizatis, modo ab  
 »Ecclesia præcissi non sint, et non obstet lex jus-  
 »titiae, pietatis, charitatis, aut timor scandali, vel  
 »Ecclesiæ prohibitio specialis.»

De Angelis (op. et loc. cit.) «Oblationes vero non  
 »recipit Ecclesia nisi a fidelibus, qui vinculo excomu-  
 »nicationis ab ea non sunt separati; et inter hos aliqui  
 »etiam a faciendis oblationibus arcentur, nempe usu-  
 »rarii ex cap. 3.<sup>o</sup> de Usuris: raptores ex cap. 2.<sup>o</sup> de  
 »Raptor.: pauperum oppresores ex can. 2.<sup>o</sup> dist. 89.  
 »Sacrilegi ex can. 17 caus. 17 quæst. 4. pænitentes  
 »durante statu pænitentiæ ex can. 118 dist. 3. de  
 »consecr. et meretrices aliique publici peccatores, ut  
 »cum Sto. Thoma sentiunt Doctores.»

Videas nunc canones citatos:

C. 3<sup>m</sup> de Usuris (Lib. V. tit. 19 Decretal.) «Quia in  
 »omnibus fere locis ita crimen usurarum invaluit, ut  
 »multi (aliis negotiis prætermisis) quasi licite usuras  
 »exercent, et qualiter utriusque Testamenti pagina

»condemnentur, nequaquam attendant: Ideoque cons-  
»tituimus, quod usurarii manifesti, nec ad commu-  
»nionem admittantur altaris, nec christianam (si in hoc  
»peccato decesserint) accipient sepulturam, sed *nec*  
»*oblationes corum quisquam accipiat...* etc.»

Cap. 2.<sup>m</sup> De Raptoribus etc. (Lib. V. tit. 17 Decretal.)  
 «Super eo vero statuimus, ut quieumque ex his, qui  
 »violenter surrexerint in rapinam, sive Ecclesiarum  
 »violationes, manifeste fuerit deprehensus, nisi abla-  
 »ta prius restituat, si poterit, vel emendandi firmam et  
 »plenam securitatem fecerit, p<sup>r</sup>enitentiæ beneficium  
 »ei penitus denegetur..... sed de peccato contrito  
 »viaticum non negetur, ita tamen, ut nullus Clerico-  
 »rum sepulturæ illius intersit, nec ejus eleemosynam  
 »præsumat accipere... etc.»

Cap. *Oblationes* 2. distinc. 90. (89. apud De Angelis)  
 «Oblationes dissidentium fratrum neque in sacrario,  
 »neque in gazophylacio recipientur similiter: Dona  
 »coruni qui pauperes opprimunt, a sacerdotibus refu-  
 »tanda sunt.»

C. *De viro* 17. caus. 12. qu. 2.<sup>a</sup> (apud de Angelis  
 c. 17. caus. 17. q. 4.) «De viro nefando Burgando no-  
 »mine, qui rabie insana commotus..... sacrum altare,  
 »sacraque Dominici corporis et sanguinis vasa, insu-  
 »per et sanctum chrisma pollutis arripere manibus,  
 »quasi vilia, et ad usum communem apta præsump-  
 »sit..... jubemus..... uno anno extra Ecclesiam consis-  
 »tere..... secundo vero auno ante fores Ecclesiæ sine  
 »comunione maneant, (ipse et socii.) Tertio vero anno  
 »Ecclesiam Dei ingrediantur, et inter audientes adstant  
 »*sine oblatione..... etc.*»

C. *Eos quos* 118. distinc. 4. de consecr. (apud de

Angelis distinc. 3.) «Eos quos Episcopos, Presbyteros,  
 »vel Diaconos fuisse constiterit, et seu optantes forsi-  
 »stan, seu coactos lavacri illius unici, salutarisque  
 »claruerit fecisse jacturam, usque ad exitus sui diem  
 »in pænitentia (si resipiscant) jacere conveniat..... sci-  
 »licet..... tribus annis inter audientes sint: septem  
 »autem annis subjaceant inter pænitentes manibus  
 »sacerdotum: duobus autem annis etiam oblationes  
 »modis omnibus non sinantur offerre..... etc.»

---

Han ingresado en la Hermandad  
 de Sufragios mutuos del Clero de estas  
 Diócesis los Señores  
 siguientes:

Números.

- 626 D. Victor Herrero, Presbítero.
- 627 D. Manuel Rodriguez, Párroco de Vilvis.
- 628 D. Paulino Rodriguez, Coadjutor de id.
- 629 D. Gaspar Fernandez, Párroco de Carbajosa de Armuña.
- 630 D. Luciano G. Sanchez, Ecónomo de Valdunciel.
- 631 D. Isaac Perez, Párroco de Mogarraz.
- 632 D. Juan Pascual Moreno, Coadjutor de la Fregeneda.
- 633 D. Evaristo Martin Vicente, Presbítero.

(Se continuará)

---

## BIBLIOTECA DE LA CIENCIA CRISTIANA.

Villanueva, 5, bajo, Madrid.

Cada mes se reparte un cuaderno de 64 páginas en tamaño 4.<sup>o</sup> mayor, buen papel y excelente impresión. El precio de la suscripción al año es de 10 PESETAS en la Península si se hace directamente, 12 PESETAS si por medio de corresponsales ó librerías y 20 PESETAS cuando es en Ultramar.

### OBRAS DE LA BIBLIOTECA.

TEOLOGÍA FUNDAMENTAL ó APOLOGÉTICA, por el sabio alemán Hettinger, autor de la *Apología del Cristianismo*.—Dos tomos en 4.<sup>o</sup> mayor, 25 pesetas.

HISTORIA GENERAL DE LA IGLESIA, por su Emma. el Cardenal Herderoether.—Dos tomos en 4.<sup>o</sup> mayor, 25 pesetas.

### CATÁLOGO DE ESTA CASA.

SYNOPSIS PHILOSOPHIE MORALIS seu INSTITUTIONES ETHICAE ET JURIS NATURAE secundum principia philosophie scholasticae, praesertim sancti Thomae, Suarez et de Lugo á Julio Costa-Rossetti, S. J.—Un tomo de 820 páginas y las tablas, 15 pesetas.

THEOLOGIA MORALIS, auctore Agustino Lehmkuhl, S. J.—Volumen I, contiene *Theologiam Moralem generalem*, 15 pesetas.

MANNA QUOTIDIANUM SACERDOTUM, sive Preces ante et post Misae celebrationem cum brevibus meditacionum punctis pro singulis anni diebus.—Dos tomos, 10 pesetas.

LA RELIGIÓN CATÓLICA VINDICADA DE LAS IMPOSTURAS racionalistas, por el Padre José María Mendive, de la

Compañía de Jesús.—Un tomo en 4.<sup>o</sup> mayor, 8 pesetas.

EL CATECISMO DE LOS TEXTOS VIVOS, por D. Juan M. Ortí y Lara, 4 pesetas.

LA CIENCIA Y LA DIVINA REVELACION, 5 pesetas.

INTRODUCCION AL ESTUDIO DEL DERECHO, 3 pesetas.

LA BELLEZA Y LAS BELLAS ARTES, 7 pesetas 50 céntimos.

LA INQUISICION, 4 pesetas 50 céntimos.

LA CONCILIACION DE LA FE CATÓLICA, por el P. Cornoldi, 3 pesetas.

OPÚSCULOS Y FOLLETOS: la colección completa, 4 pesetas.

EL MES DE MARÍA DE LAS ALMAS INTERIORES, por el P. Marquina, lujosamente encuadrado, 3 pesetas 50 céntimos.

FLORECITAS DE SAN FRANCISCO, 3 pesetas.

¿QUÉ SON LOS JESUITAS? 1 peseta.

RAMILLETE DE FLORES MÍSTICAS Y ASCÉTICAS, sacadas de las obras de Santa Teresa de Jesús, por D. Ramón Tabarés y Lozano, 2 pesetas.

RITOS ORIENTALES, por el P. Hugolino Macía, 3 pesetas.

VIDA DEL P. CALATAYUD, por el P. Cecilio Gómez Rodeles, 6 pesetas.

LA ORDEN TERCERA DE SAN FRANCISCO, por D. Francisco Ruiz Polo, 50 céntimos de peseta.

CASUS CONSCIENTIÆ, 5 pesetas.

LA ATLÁNTIDA, poema de Jacinto Verdaguer, traducida en verso castellano por D. Francisco Diaz Carmona, 3 pesetas.

EL NIÑO JESUS, bellísimo álbum con cromos lindísimos.

mos y texto clásico de las tiernas escenas de Belén, muy á propósito para premios de los colegios y para regalos, 5 pesetas; los hay con el texto en español, en francés y en inglés.

**LA SEMANA CATÓLICA**, excelente revista dedicada á fomentar la piedad en las familias cristianas; hay tomos del primero y segundo año, que contienen un arsenal de bellas y edificantes variedades, á 5 pesetas. La suscripción, 5 pesetas al año.

**ADVERTENCIA.** Esta Casa tiene relaciones con las principales casas editoriales extranjeras, y puede por tanto encargarse de traer á sus suscriptores cualquiera obra que se le pida.

---

**Obras de la librería antigua de San José y de G. Tejado y Compañía, que ha recibido esta casa en pago de créditos contra D. Vicente Sancho Tello.**

**HISTORIA DE LOS HETERODOXOS ESPAÑOLES**, por Don Marcelino Menéndez Pelayo.—Tres tomos, 30 pesetas (hay pocos ejemplares).

**AMAYA ó LOS VASCOS EN EL SIGLO VIII**, novela histórica original de Don Francisco Navarro Villoslada.—Tres tomos, 9 pesetas.

**JESUITAS** por Mr. Paul Feval, 1 peseta 50 céntimos.

**CURSUS SCRIPTURAE SACRAE**, por el Padre Schouppé, de la Compañía de Jesús.—Dos tomos, 6 pesetas.

**EL PROBLEMA SOCIAL Y SU SOLUCION**, por F. Hitze, 4 pesetas.

**EL ESTADO MODERNO Y LA ESCUELA CRISTIANA**, por el P. Ries, de la Compañía de Jesús, 2 pesetas 50 céntimos.

**DE LA VIDA Y DE LAS VIRTUDES CRISTIANAS**, por Mons. Gay.—Tres tomos, 7 pesetas 50 céntimos.

CURSO ELEMENTAL DE DERECHO NATURAL, por el P. Luis Taparelli, de la Compañía de Jesús, 3 pesetas.

EL CATOLICISMO LIBERAL, por D. Gabino Tejado, 4 pesetas.

ENSAYO SOBRE EL CATOLICISMO, EL LIBERALISMO Y EL SOCIALISMO, CONSIDERADO EN SUS PRINCIPIOS FUNDAMENTALES, por Don Juan Donoso Cortés, 7 pesetas 50 céntimos.

BIBLIOTECA MANUAL DEL CRISTIANO, colección de obras muy adecuadas para formar la inteligencia de los jóvenes: *Respuestas claras y sencillas á las objeciones que más comunmente suelen hacerse contra la religion*, 1 peseta.—*Del Protestantismo y de la Iglesia católica*, 1 peseta.—*Manual de Caridad*, 1 peseta.—*Cartas á un joven sobre la piedad*, 1 peseta.—*Jesucristo, consideraciones sencillas sobre la persona, vida y misterios del Salvador*, 1 peseta.—*El cristiano en el mundo*, 1 peseta.—*Exposición de los cuatro sagrados Evangelios*, 1 peseta.—*Compendio de la historia universal de la Iglesia y de los Papas*, 2 tomos, 2 pesetas.

NOTA. Los pedidos que se nos hagan de estas obras, siempre que lleguen á cien reales ó pasen de esta cantidad, serán bonificados con el 25 por 100. A los libreros que hagan pedidos en grande se les harán estas rebajas: tomando 25 ejemplares, el 30 por 100; tomando 50 ejemplares, el 35 por 100, y el 40 por 100 tomando 100 ejemplares.

### NECROLOGÍA

En 13 y 25 de Junio último fallecieron los Presbíteros D. Joaquín Calzada, Capellán de la Carcel de esta Ciudad y D. Ramón Rodríguez, Parroco de Tordillos. Ambos pertenecían á la Hermandad de Sufragios Mutuos del Clero con los números 222 y 42; respectivamente. Los Socios aplicarán por cada uno una misa y tres responsos.—R. I. P.

---

Salamanca. — Imp. de Oliva.